SENTENTIAE VERE AVREAE

sancti Patris AEgidij Assisinatis, omnibus ad Christianam perfectionem aspirantibus vtilissimae.

Paulus Apostolus. 2. Cor. 11.
Et si imperitus sermone, sed non scientia.

1. Corinthio. 4.
Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

Antuerpiae, apud Michaelem Hillenium
Anno M. D. XXXIIII.

SENTENTIAE AVREAE SANCTI Patris AEgidij, qui vnus fuit ex primis sacris ordinis Minorum fundatoribus.

Caput primum.

De gratia Dei & virtutibus.

GRatia Dei & virtutes, sunt schala & via ascẽdendi in cœlum. Vitia vero & peccata sũt via & schala descendendi ad infernum.

Vitia & peccata, sunt toxicum. Virtutes vero & bona opera sunt tyriaca.

Gratia attrahit gratiam, & vnum vitium trahit ad aliud.

Gratia non vult laudari, & vitium non vult despici.

Mens in humilitate regescit: patiẽtia est (filia eius.

Puritas cordis videt Deum, deuotio manducat ipsum.

Si amas, amaberis: si times, timeberis, si seruis, seruietur tibi: Si bene te geris erga alios

alij se bene gerent erga te.

Beatus ille qui amat, & non desiderat amari, Beatus ille qui timet, & non desiderat timeri. Beatus ille qui seruit, & non desiderat sibi seruiri. Beatus ille qui bene se gerit erga alios & non vt alij se bene gerant erga ipsum. Et quia hæc magna sunt, ideo stulti ad ea non attingunt.

Tria sunt magna valde & vtilia, quæ quicũq; haberet, in malum cadere non posset: Primum est si omnem tribulationẽ quę tibi acciderit propter Deum in pace sustineas. Secundum, si de omnibus quæ facis & recipis magis humiliaris. Tertium, si fideliter diligis bona quæ non possunt videri oculis corporis.

Onnia quæ magis vilipenduntur & relinquũtur ab hominibus mũdanis, magis honorantur & recipiuntur a Deo & sanctis. Et ea quæ magis diliguntur & amplectuntur, & honorantur ab hominibus mundanis, amplius odiuntur & relinquuntur & vilipẽduntur a deo & sanctis. Omnia enim diligenda odit homo miser, & diligit odienda

Interrogauit aliquãdo sanctus Aegidius quendam fratrem dicẽs. Habes tu bonam animam? Respondit frater ille. Nescio. Dixit ei Aegidius, Sancta contritio, sancta hu

militas

militas, ſancta charitas, ſancta deuotio, & ſancta lætitia, faciunt animam ſanctam & bonam.

Caput ſecundum.

De fide & iјs quæ fide creduntur.

OMnia quæ poſſunt excogitari, narrari, videri, & palpari, nihil ſunt, reſpectu eorũ quæ nec excogitari nec videri nec palpari poſſunt Omnes ſapientes & ſancti qui fuerunt & ſunt & erunt cui loquuti ſunt vel loquentur de deo, non dixerunt neq; dicent vnquam de deo in cõparatione eius quod eſt, niſi ſicut eſt cuſpis vnius acus in comparatione cœli & terræ & omnium creaturarum quæ in eis ſunt, & plus quam milies minus.

Tota enim ſacra ſcriptura loquitur nobis tanquam balbutiendo, ſicut mater balbutiens cum filio ſuo paruulo, qui aliter non poteſt intelligere verba eius.

Dicebat aliquãdo ſanctus Aegidius cuidam iudici ſeculari. Credis tu, quod dona dei ſunt magna? Reſpondit iudex. Credo, Cui dixit Aegidius. Oſtendam tibi, quod

hoc non credis. Et adiecit, Quautum valēt facultates tuæ? Rñdit iudex, Forsitan mille libras. Dixit ei frater Aegidi9, Dares tu pro decies mille libris? Respondit. Darē libēter Dixit ei frater Aegidius, Certū ēst q̊d terrena oīa nihil sunt respectu cœlestiū. Cur igiť hęc non das pro illis? Rñdit iudex. Credis tu, q̊d homo tantū operetur quantum credit? Rñdit frater AEgidius. Sancti & sanctæ bona quæ potuerūt facere, studuerunt opere exercere, & quę nō potuerūt, opere complere, cō pleuerunt sanctis desyderijs, & defectū operis suppleuit ipsum desiderium sanctum.

Si quis haberet perfecte fidem, veniret in talem statum in quo daretur ei plena certitudo.

Homini qui certitudinaliter expectat magnum & ęternum bonum, quid mali potest ei facere quodcunq; malum? Et homini qui expectat æternum malum, quid boni potest ei facere quodcunq; bonum?

Nunquam tamen debet aliquis desperare dum viuit de misericordia Dei, quia vix est arbor ita spinosa & nodosa, quam non possunt homines planam & pulchram facere, & eam ornare. Multo magis non est quis ita grauis peccator in mūdo quē non potest deus gratia & virtutibus adornari.

Caput

GAPVT TERTIVM.

De dilectione Dei & proximi.

DIlectio Dei & proximi ma [illegible] eſt omnibus virtutibus ior [illegible] Beatus ille q [illegible] ſatiat reb9 quas ſp deſyderare debet.

Dicebat ſctũs AEgidius cuidam fratri ſpeciali ſuo amico. Credis tu quod ego diligã te? Rñdit frater ille. Credo frater. Dixit ei ſctũs AEgidi9. Nõ credas qđ te diligã qa ſol9 creator eſt ille q vere diligit creaturã & amor creaturę nihil ẽ reſpectu amoris cre(atoris.

Dixit quidã alius ſctõ AEgidio. Quõ eſt intelligẽdũ qđ Propheta dicit: Oĩs amicus frauduleter incedit? Reſpõdit. Ideo ſum tibi fraudulẽtus, qa bonũ tuũ nõ facio meũ. Quãto enĩ amplius bonũ tuũ facerem meum, tanto minus eſſem tibi fraudulent9. Quãto enĩ amplius quis lętus fuerit de bono proximi, tãto erit magis particeps boni illius: ſicut econtrario quãto amplius quis lętať de malo alterius tãto erit magis particeps mali illi9. Si ergo velis eẽ particeps boni oĩm, gaude de bono oĩm. Bonũ aliorum facis tuũ, ſi tibi placet. Et malũ aliorũ facis tuã cautelam ſiuę cuſtodiã, ſi tibi diſplicet.

Hæc eſt via ſalutis, v[illegible] & gaudēs dē bono proximi, & dolens de [illegible]s:& credas de te mala, & bona de alijs; & [illegible] res alios, te autem deſpicias.

Qui nō vult alios honora[illegible], nō honora=bitur:& qui [illegible] qui nō vult cognoſcere, nō cogno=ſcetur:& qui nō vult fatigari, nō requieſcet.

Labor fructuoſus ſuper omnem laborē eſt, ſtudere pietati & benignitati.

Quicquid fit ſine amore & deuotione, non eſt placitum Deo nec ſanctis eius.

Ex ſuis efficitur homo pauper, & ex diui=nis efficitur diues. Ergo diuina debet ho=mo diligere, & alia contemnere.

Quid eſt maius quam ſcire eſſe gratū be=neficijs Dei, & ſcire reprehendere ſe de malis proprijs.

In hac ſchola vellē me ſtuduiſſe ab initio mundi, & ſtudere vſq; ad finem mūdi, ſi tan dem vixiſſem vel victurus eſſem, ſcilicet in conſyderatione & commendatione benefi=ciorum Dei, & in conſyderatione & reprehē ſione maleficiorum meorum.

Tamē ſi defectū haberē in reprehenſione mei de maleficijs meis, nollem defectum ha bere in conſyderatione beneficiorum Dei.

Vides quod ioculatores & mimi com=mendant miro modo eos a quibus modicū

munuſcu=

munusculum accipiunt. Quid ergo debe=mus aut quid possemus reddere domino Deo nostro? Multum debes esse fidelis illi, qui vult te liberare ab omni malo, & tribue re tibi omne bonum.

CAPVT QVARTVM.

De humilitate.

NEmo potest venire in cognitionem Dei, nisi per hu=militatem,

Via eundi sursum est, ire deorsum, omnia enim pe=ricula & omnes casus ma=gni qui acciderunt in mũ=do, nõ nisi per eleuationem capitis accide=runt, sicut patet in angelo, qui fuit creatus in cœlo, & in Adam, & in Pharisęo Euange lico, & in multis alijs. Et magna bona quæ facta sunt, propter flexionem capitis euene runt: vt patet in beata virgine, & in publica no, & in sancto latrone, & in multis alijs.

Vtinam esset nobis grauis aliqua moles quæ faceret nos semper capita inclinare.

Dixit quidam frater ei. Quõ possimus fu gere istã superbiã? Et ille. Laua tibi manus: & vbi posueris os tuum, tibi tene pedem.

Si cõsyderes bñficia Dei debes inclinare

caput tuum:& ſi conſyderes peccata tuā debes caput tuum ſimiliter inclinare.

Væ autem illi qui quærit de ſua malitia honorari.

Grad9 humilitatis in homine eſt, cognoſcere ſe ſemper eſſe contrarium bono ſuo.

Ramum etiam humilitatis reputo, reddere aliena, & non ſibi appropriare ea, hoc eſt omnia bona Deo attribuere cuius ſunt, ſibi autem attribuere mala ſua.

Beatus ille, qui ita vilem ſe reputat corā hoībus, ſicut vilem ſe eſſe inuenit corā Deo.

Beatus ille qui iudicat ſeipſum modo, quia non veniet ad iudicium.

Beatus ille, qui ambulat fideliter, ad iudicium & obœdientiā alterius. Hoc enim fecerunt Apoſtoli, etiam poſtq̃ ſpiritu ſancto fuerunt repleti.

Qui vult pacem & tranquillitatem habere, debet omnem hominem ſuperiorem ſe reputare.

Beatus ille, qui non vult videri in verbis ſuis & moribus, niſi in illa compoſitione in qua diuina gratia compoſuit eum.

Beatus, qui ſcit conſeruare & abſcondere reuelatiões Dei: quia nihil occultum quod non reuelet Deus, quando placet ſibi.

Si quis eſſet ſanctiſſimus omnium homi

num

num & reputaret se maximum peccatorem totius mundi in hoc esset humilitas.

Humilitas nescit loqui, & patientia non audet loqui.

Humilitas videtur mihi esse sicut fulgur. Sicut enim fulgur facit percussiones terribiles & postmodū nihil potest inueniri ex eo: sic humilitas dissipat omne malum, & est inimica omnis peccati & facit hominem nihil se reputare.

Per humilitatem inuenit homo gratiam coram deo, & pacem cum proximo.

Sicut rex aliquis magnus si vellet mittere filiam suam ad aliquem locum, non poneret eam super equum indomitum, superbum & calcitrosum, sed super equum mansuetum, & suauiter ambulantem, sic Deus non ponit gratiam suam in superbis, sed in humilibus & mansuetis.

Caput quintum.
De timore sancto.

TImor domini sanctus, omnem malū timorem expellit, & custodit omnia bona in homine quę non possunt lingua exprimi,

nec

necetiam cogitari: quia timorem Domini habere, maximum donum dei eſt, nec omnibus datum.

Qui non timet, oſtendit ſe non habere quod perdat.

Timor domini regit & gubernat hominē & facit eum venire in gratiam.

Si quis aūt habet gratiam dei, timor dei conſeruat eam, & ſi quis non habet, facit ad eam peruenire.

Omnes creaturæ rationales quæ ceciderūt nūq̄ cecidiſſent ſi hæc dona habuiſſent.

Hoc ſanctum donum, non eſt niſi ſanctorum & ſanctarum, Et quanto aliquis magis eſt gratioſus, non eſt minus humilis & timorratus.

Et virtus in qua homines minus ſe exercent, non eſt minor alijs.

Homo qui offendit intantū deum ſuum, quod eſt dignus morte, cum qua ſe veritate poteſt ante præſentiam eius apparere?

Beatus qui ſe cognoſcit veraciter in carcere eſſe in hoc mundo, & ſemper dominum ſuum offendiſſe.

Multum valde debet homo timere a ſuperbia, ne præcipitet eum.

A teipſo & a ſimili tui, time ſemp & caue.

Non eſt perfecta ſecuritas homini, dum

est in goc mundo inter inimicos. Inimicus noster est caro nostra, & ipsa cum dæmonibus semper est aduersa animæ.

Maiorem ergo timorem debet homo habere, ne malitia sua propria deuicatur, quā de vlla alia re in mundo.

Impossibile est enim vt homo possit ad gratiam dei ascendere, vel in ea perseuerare sine sancto dei timore & sancto pauore.

Qui non habet timorem dei, signum habet pereundi.

Timor domini facit humiliter obedire, & caput vsque ad terram flectere, sub iugo obedientiæ sanctæ.

Et quāto quis maiorem dei timorem habet, tanto plus orat.

Cui autē datur gratia sanctę deuotionis & orationis non est paruum donum.

Opera hominis quantumcunq; videantur magna, non sunt secundum æstimationem hominis, sed secundum ęstimationem & beneplacitum Dei, & ideo semper est nobis timendum.

Caput sextum:
De patientia.

Qui

QVi patienter sustineret tribu-
lationes propter Deum cito
veniret ad magnam gratiam
& esset dominus huius mun-
di, & teneret iam pedem in
alio mundo.

Quicquid homo facit, siue bonũ siue ma-
lum, sibimetipsi facit, non ergo debes scan-
dalizari, si aliquis facit tibi iniuriam, sed de
bes compati peccato eius.

Sustinere debes patienter iniurias a proxi
mo tibi illatas, propter deũ et propter pro-
ximum, & propter teipsum.

Quãtum quis paratus est sustinere tribu-
latiões & iniurias propter deum, tantum est
maior apud deum, & non amplius.

Et quanto quis est flexibilis a tribulatio-
ne & dolore sustinendo propter deum, tan-
to minor est apud deum, & non cognoscit
quid sit deus.

Si quis dicat tibi malum, adiuua illum,
& si quis dicat tibi bonum, redde illud deo.

Adiuuare autem sic debes illum, vt si di-
cat tibi malum, tu de teipso dicas deteriora

Si vis facere partem tuam bonam, fac par
tem tuam malam: Hoc est, factum & di-
ctum alterius lauda, & tuum inculpa. Et si
vis facere partẽ tuam malam, factũ & dictũ

tuum

tuum cõmenda,& patrẽ alterius vitupera.

Quando igitur aliquis contendit tecum, si vis vincere,perde.Nam in fine,quãdo crediderís te vicisse,inuenies te perdidisse.

Via ergo saluationis est, via perditionis.

Non sumus boni portatores tribulationum,quia non sumus boni sectatores spiritualium cõsolationum. Qui enim fideliter laboraret,in se,& pro se, & super se,suauiter omnia sustineret.

Iniuriam nulli facias;& si quis tibi facit iniuriam,patienter sustine eam, amore dei,& pro remissione peccatorum tuorum.

Ne offendas proximũ,sed trahas eum ad Deum. Multo enim melius est grauem iniuriam vnam sustinere sine murmure aliquo propter Deum, quam pascere centum pauperes,& quam ieiunare vsq; ad cœlum stellatum tempore longo.

Quid prodest homini despicere seipsum in sua cogitatione,& tribulationes suo corpori facere, in ieiunijs, vigilijs, disciplinis & orationibus,& nõ posse vnam iniuriam sustinere a proximo, de qua susciperet maius præmium,quam de suis quæ portat sua propria voluntate.

Sustinere tribulationes sine murmure, magis purgat peccata hominum, quam effusio

effusio lachrymarum.

Beatus ille qui habet semper ante oculos peccatum suum & beneficia Dei, qui libenter & patienter sustinet tribulationes & angustias, vnde expectare habet consolationes magnas.

Beatus ille, qui non petit nec desyderat aliquam cōsolationem sub cœlo ab aliqua creatura.

Non expectet homo pręmiū a Deo, si humilis est & quietus, tunc solum quando bene satisfit ei in omnibus.

Qui semper haberet coram oculis peccata sua, in nulla tribulatione deficeret.

Omne bonū quod habes, recognoscere debes a Deo, & omne malū a peccato tuo.

Si aliquis homo fecisset, & faceret omnia bona quę fecerūt & faciūt & facient omnes homines mundi, tamē si bene se inspicit, inuenit se semper contrarium bono suo.

Dixit ei quidam frater. Quid faciemus si venerint in tempore nostro multæ tribulationes? Respondit. Si pluerit dominus lapides & saxa de cœlo, non nocerent nobis, si essemus tales hoīes quales esse deberemus.

Si homo esset qualis esse deberet, malum sibi conuerteretur in bonum. Sicut enim habenti malam voluntatem, bonum ipsi conuertitur

uertitur in malum, ita habenti bonam vo-luntatem omne malū conuertitur in bonū.
Omīa enim magna bona & magna mala ſunt intus in hoīe, quæ videri non poſſunt.
Ad infirmitatem magnam, & laborē magnum, & famē magnā, & iniurias magnas alicui factas, currunt peſſimi dæmones.
Si vis ſaluari non petas tibi fieri iuſtitiam ab aliqua creatura. Viri eñ ſancti bona faciunt, & mala patiuntur.
Si cognoſcis te offendiſſe creatorem tuum & omnium, cognoſce quia dignum eſt, vt omnia te perſequantur, & vindicent iniuriam quam feciſti deo tuo.
Ab omnibus creaturis debes patiēter ſuſtinere moleſtias tibi factas, quia cōtra aliquā non habes iuſtitiam, cum ſis dignus puniri ab omnibus.
Magna virtus hominis eſt, vincere ſemetipſum. Si vincis teipſum, vincis inimicos tuos omnes, & peruenies ad omne bonum.
Magna virtus eſſet ſi quis permitteret ſe vici ab omībus hominibus: & talis homo eſſet dominus huius mundi.
Si vis ſaluari, conare vt deſperes de omni conſolatione quam tibi dare poteſt quæcunq; creatura mortalis: quia maiores & frequentiores ſunt caſus ex conſolationibus, q̄

ex tribulationibus accidentes.

Nobilis est natura equi, quia licet sit in velocissimo cursu, tamen is qui in eo equitat, potest eum auertere ab vna via & dirigere ad aliam, pro velle suo. Sic deberet homo in impetu irę suę permittere se regi ab alio qui corrigit eum, & ad solam memoriam dei deberet homo desyderare, quantum ad se attinet, & alapas & colaphos suscipere, atq; etiam per capillos trahi ab hominibus.

Murmurauit aliquando coram eo religiosus quidam, de quadam obedientia graui sibi data, Cui dixit frater AEgidius, Amice, quanto plus murmuras, tanto amplius te oneras: & quanto humilius & deuotius submiseris caput iugo obedientiæ sanctæ, tanto leuius & suauius tibi erit.

Tu non vis vituperari in hoc mundo, & vis honorari in alio? Non vis maledici, & vis benedici? non vis laborare, & vis quiescere? Deceptus es, quia per vituperium venitur ad honores, per maledictionem habetur benedictio, per laborem requies.

Prouerbium verum est Qui non vult dare de eo quod diligit, non potest habere de eo quod vult.

Non mireris, si proximus aliquando te offen

offendat: quia Martha quæ sancta erat, volebat prouocare dominum contra sororem suam carnalem. Tamen iniuste murmurrabat Martha contra Mariã: quia quãto plura membra amiserat (quo ad vsum) Maria, quam Martha, tanto plus laborabat quam Martha. Amiserat enim loquelam, visum, auditum, & gressum,

Stude esse gratiosus & virtuosus, & pugna contra vitia, & sustine patienter tribulationes & verecundias,

Non est enim aliud nisi vt vincas teipsũ quia parũ est homini attrahere animas ad deum, nisi vincat seipsum,

Caput septimum De sancta sollicitudine & vigilantia cordis.

OCIOSVS HOMO Amittit hunc mundum & alium, non fructificãdo sibi nec alijs.

Impossibile est, virtutes acqri sine sollicitudine & labore Si tu possis esse in tuto, non te ponas in dubio.

Ille est in securo, qui laborat pro deo vel cœlesti regno.

Inuenies qui laborem recusat, regnũ cœlorum recusat.

Si solicitudo non prodest, negligentia non obest.

Sicut ociositas mala, est via ad infernũ: ita ociositas & quies sancta, est via ad cœlum.

Multum deberet homo esse sollicitus, ad custodiendam gratiam sibi datam a deo & cum ea fideliter laborare: quia sæpe amittit homo fructus pro frondibus, & grana pro paleis.

Quibusdam dat Deus fructus, & frondes facit eis charas. Quibusdã dat Deus vtrunque & quidam carent vtroq;.

Magis reputo, bona data a deo conseruare, quam ea acquirere.

Qui enim nouit acquirere & nescit reponere, nunq̃ ditabitur: scire autem reponere & nescire acquirere, non est magnum.

Multum lucrantur multi, sed nunquã fiũt diuites: quia quæ lucrati sunt, nesciunt reponere. Et aliqui paulatim lucrantur, & diuites fiunt: quia quę lucrãtur bene custodiũt

O quantã fluuius Tyberis congregationẽ aquarum haberet, si continue non deflueret

Homo petit a deo donum sine mensura & sine

ſine fine, vt vult ei ſeruire cum menſura & cum fine.

Qui vult ſine modo & ſine fine amari & remunerari debet ſine mō & ſine fine amare & ſeruire.

Propter negligentiam ſuam, amittit homo perfectionem ſuam.

Loquebat̄ aliquando ſanctus AEgidi9 cuidam volenti pergere Romam, dicens Quando ibis per viam, noli curam habere de ijs quæ videbis, ne impediant te: & ſcito eligere bonam monetam a falſa. Multæ e=nim ſunt aſtutiæ inimici, & eius laquei va=rij & occulti,

Beatus ille qui e corpore ſuo fructum eli=cere ſtudet amore altiſſimi, & debono quod facit ſub cœlo præmium non requirit.

Si quis eſſet pauper valde, & diceret ei a=liquis, frater accōmodo tibi hanc rem meā vt per tres dies ea vtaris & fructū ſiue vtili=tatem tuam de ea facias, & per hoc habebis theſaurum infinitum: nōne eſt pauper, ſi cō=ſtaret ſibi hoc eſſe verum, ſtuderet ſollicite ex re illa ſibi fructum acquirere?

Res mutuata nobis a deo eſt caro noſtra, & quaſi tres dies ſunt totū tempus vitæ no=ſtræ. Si vis ergo frui, ſtude lucrari; ſi em̄ non laboras, quomodo quieſces?

Si omnes agri & vineæ hui9 mundi eſſēt

Vnius hominis,qui non coleret eos nec coli faceret: quem fructũ inde perciperet? Alius vero habens paruam quantitatem agrorũ & vinearum, si ipsos bene coleret, pro se & pluribus alijs perciperet inde fructus.

Si quis velit facere malum. vix petit cõsilium super hoc. Et si quis facere velit bonũ, studet consilium a multis perquirere.

Prouerbium yronicũ est. Ad spem vicini tui,non ponas ollam ad ignem.

Non est homo beatus,si bonã habeat voluntatem, nisi bonis operibus studeat eã sequi:quia ad hoc dat deus homini gratiam vt sequatur eam.

Dixit aliquando fratri AEgidio quidam homo vagabundus,Fac mihi cõsolationẽ. Respondit sanctus AEgidius. Stude te bene gerere,& habebis cõsolationem. Nisi enim quis præparet in se locum deo,non inueniet locum in creaturis dei.

Quis est qui velit facere id quod melius esset,non solum animæ, sed etiã corpori, in hoc sęculo? Ergo nec nos bonum animæ facere volumus,nec bonum corpori,

Ego ausim & possim iurare cum veritate quod qui alleuiat sibi iugum dei,aggrauat sibi illud:& qui sibi illud aggrauat, ipsum sibi alleuiat,

Vtin-

Vtinam homines facerent id quod esset melius etiam suis corporib9 in hoc mūdo.

Qui fecit alium mundum, fecit & istum: & de bonis quæ tribuit in alio mundo, potest etiam partim in isto tribuere: & corpus sentit de bonis animæ, quia bonum & malum animæ redundant in corpus suum.

Tunc dixit ei quidam frater. Forte moriemur, antequam bonum nostrum cognoscamus. Qui ait, Pelliparij cognouerunt de pellibus, cerdones de calciamentis, fabri de ferro, & sic de alijs artibus. Quomodo autem potest homo scire artem, cui nunquam studuit.

Credis tu, quod magni domini dant magna dona stultis & iniquis hominibus? Non dant.

Bona opera sunt via ad omne bonum, sicut mala opera sunt via ad omne malum.

Beatus ille, quem nulla res sub cœlo scandalizabit, & quem omnia quæ videbit & audiet, vel sciet ædificabūt, & de omnibus studet elicere vtilitatem suam.

Caput. viij.
De contemptu mundi.

VAE homini illi, qui ponit cor suum & desyderium suum, & vires suas in rebus terrenis propter quas relinquit & perdit bona cęlestia & æterna.

Aquila in altũ volans, si haberet alligatã cuilibet alæ vnam de trabibus Ecclesiæ sancti Petri, non volaret ita alte.

Multos vidimus laborãtes, frangendo saxa, cauando montes, & alia opera grauia corpori faciendo. Sed pro anima quis ita viriliter laborat?

Auarus similis est talpæ, quæ non credit alium thesaurum esse, nec aliud bonum, nisi cauare terram, & inhabitare eam, tamen sunt thesauri quos ignorat.

Aues cœli & bestiæ terræ & pisces aquarũ quando cibum habent sibi competentẽ cõtenti sunt. Cum ergo homo contentus non sit rebus terrenis, qn semper suspiret ad alia patet, quod non ad ista principaliter factus sit, sed ad alia. Corpus enim factum fuit ꝓpter animam, & mundus iste propter alium mundum.

Mundus iste talis campus est, vt quod habens ex eo partem maiorem, habet partem deteriorem,

Item dicebat quod non multũ beato Francisco

cisco formicę placebãt propter nimiam sol licitudinem quam habent, congregandi victualia sua, sed aues cœli magis placebãt ei, quia non congregant in horrea.

Caro nostra est sicut porcus, qui auide currit in lutum, & delectatur in luto.

Caro nostra est sicut scarabeus, qui semper stercus equinum voluere delectatur.

Caro nostra est sicut pugil diaboli.

Dixit ei quidam frater. Quomodo possimus cauere a vitiis corporis? Respondit sanctus AEgidi⁹. Qui vult transferre magna saxa & trabes grandes, studet eas trãsferre ingenio magis quam viribus, & in hoc facto est similiter procedendum.

Omne vitium lædit castitatem. Est enim sicut speculum clarum, quod per solum anhelitum obscuratur.

Impossibile est hominem venire in gratiã dei, dum ei placet in carnalibus delectari.

Volue igitur & reuolue, desuper & desubtus, hinc & inde: & non inuenies aliud nisi pugnare contra carnem, quę vult te tradere die ac nocte, quam qui vincit, omnes inimicos suos vincit & deuenit in omne bonum.

Dicebat autem, Inter omnes virtutes ego præeligerem sanctã castitatem. Dixit ei qui-

dam frater: Nonne maior virtus eſt charitas, quam caſtitas? Reſpõdit frater Aegidius. Quid eſt caſtius caſtitate? frequenter canendo dicebat. O ſancta caſtitas, qualis es, qualis es. Tu es talis & tanta, qualem & quã tam te fatui non cognoſcunt.

Dixit ei quidam frater, Quid vocas tu caſtitatem? Reſpondit. Caſtitatem voco omnes ſenſus cuſtodire gratiæ dei.

Cum autem hæc diceret ſanctus Aegidiꝰ in commendationẽ caſtitatis, ſecularis quidam dixit ad eum. Ego ab omni muliere abſtineo, præterq̃ ab vxore propria, an non hoc ſufficit ad ſalutem? Cui ille reſpondit, Putas quod non poſſet homo inebriari de vino quod bibit ex vtre ſuo?

Caput nonum.

De pugna tentationum.

GRatia magna in pace cuſtodiri nõ poteſt, quia ſemper oriuntur multa contraria. Quãto enim gratioſior qs fuerit, tãto plus a diabolo impugnatur.

Non tamen debet homo propter hoc ceſſare a ſequendo gratiam Dei: quia quanto grauí-

grauior fuerit pugna, tanto si vicerit maior erit corona.

Nos ideo nō habemus multa impedimē ta qa non sumus tales quales esse deberem⁹

Veruntamen si quis bene iret per viā domini, nec fatigationem haberet nec tædium sed in via sęculi fatigationem habet homo & tædium vsq; ad mortem.

Respōdit ei quidam frater. Tu videris dicere duo contraria sibimet ipsis. Respondit ei frater AEgidius. Nonne dęmones currūt potius ad hominem habentem bonam voluntatem, quam ad alios?

Ecce impedimentum. Et si quis venderet rem suam plus milies, quam valeret, quam fatigationem ibi sentiret? Ecce soluta est cō trarietas. Dico ergo, quod quanto quis plenior fuerit virtutibus, tanto magis infestatur a vitijs, & tanto magis ea deberet habere odio.

De omni vitio quod vinces virtutem acquires: & de quocunq; vitio amplius tribularis: de eo maius præmium recipies, si deuincas.

Quacunque de causa homo omittit ire per viam domini sui, ipsa de causa amittit præmium suum,

Dixit ei quidam, Tētor tentatiōe pessima

fre-

frequenter & pluries rogaui dominum vt auferret eam a me, & non aufert eam, Respõdit ei frater AEgidi9. Quanto amplius aliquis rex munit milites suos armis, tanto vult vt fortius prælientur.

Si quis etiam vadit ad prælium orationis quasi sine armis, quia sentit se aridum & indeuotum, Deus videns fidelitatem eius, ponit in eo signum armorum suorum

Sic est de tentationibus aliquando, sicut accidit de agricola: quia videns siluam arborum et veprium in aliqua terra sua in qua vellet facere nouale & grana seminare, multis laborib9, angustijs laborib9 & sudoribus fatigaẽ, antequã recolligat inde granum: & quandoq; eum pœnitet quod laborem illũ assumpserit, propter labores & angustias q̃ sibi in opere illo emergunt

Primo namq; intuetur siluam extirpandã radicitus: & nõ videt granum. Secundo cum laboribus multis incidit arbores: & nõ videt granum. Tertio cum multo labore & graui euellit radices arborum: & nondum videt granum. Quarto, proscindit terrã & aptat: & nondum videt granum. Quinto, arat iterum terram. Sexto seminat eam. Septimo purgat eam. Octauo metit. Nono triturat. Et hæc omnia cũ labore multo facit

Decimo

Decimo reponit cum gaudio, quasi non recordans tanti laboris, propter fructum multum quem habet in fine Multos etiam labores alios perfert plures istis, quos omnes benedicit, propter gaudium, quia fructum bonum percipit.

Dixit ei quidam, Quid faciam? Si em̄ faciam aliquid boni, habeo inde vanam gloriam. Et si faciam malum, incido in tristitiam, & quasi in desperationē. Respondit ei frater Aegidi9; Bene facis si doles de peccatis tuis; tamen consulo tibi, vt doleas moderate. Semper enim debes credere, quod maior sit potentia Dei in parcendo, quam tua in peccando.

Si Deus facit misericordiā alicui magno peccatori, credis tu quod minor peccator relinquatur?

Cęterum propter tentationem inanis gloriæ non desistas facere bonum. Si enim agri cultor volens iacere semen in terram diceret intra se, nolo seminare hoc anno, quia si seminauero, forte veniant volucres cœli & comedent ex semine illo, & propter hoc non seminaret, non haberet fructus terrę ad comedendum. Si autem seminat, licet aliquid de semine illo paret tamē maior pars remanebit ei. Sic est ille qui tentatur a vana

na gloria, & pugnat contra eam.

Quidam frater dixit sancto AEgidio, Legiĩ de beato Bernardo, quod semel dixit septem psalmos pœnitentiales, nec quicquã aliud cogitauit, nisi super his quæ dicebat? Respondit frater AEgidius. Maius reputo si castrum aliquod fortiter impugnetur, & custos castri defendat se viriliter, & valenter.

Dixit aliquando quidam iudex sæcularis fratri AEgidio. Quomodo possem⁹ nos sæculares ascendere ad statum gratiæ & virtutis? Respondit frater AEgidius. Primo debet homo dolere de peccatis suis; postea pure confiteri: Deinde, facere pœnitentiam sibi impositam: postea custodire se a peccatis omnibus & occasionibus peccatorum; tandem debet se exercere in bonis operibus.

Benedictum sit illud malum, quod conuertitur homini in bonum. Et maledictum sit bonum illud, quod conuertitur homini in malum.

Libenter debet homo sustinere mala in hoc mundo, quia huius dedit nobis exemplum in seipso Dominus noster Iesus Christus.

Beatus qui habebit dolorem de peccatis suis,

ſuis, & plorabit die ac nocte, nec conſolabi-
tur in hoc mundo, donec perueniat illuc
vbi omnia deſyderia cordis ſui comple-
buntur.

Caput decimum.
De ſtudio orationis.

ORATIO EST INI-
tium & complementũ om-
nis boni.

Oratio illuſtrat animã
& per eam cognoſcitur bo-
num & malum.

Hanc orationem debet facere quili-
bet peccator ad Deum, vt det illi cogno-
ſcere ſuam miſeriam, & ſua peccata, & eius
beneficia.

Qui neſcit orare, non cognoſcit De-
um.

Omnes qui ſunt ſaluandi, ſi habeant v-
ſum rationis, de neceſſitate oportet vt in fi-
ne vitæ ad orationem ſe conuertant.

Ponamus, quod aliqua mulier verecun-
da multum & ſimplex, haberet vnicum fi-
lium valde dilectum, qui propter offenſam
aliquam

aliquam captus esset a rege,& ad suspendiũ duceretur? Nonne hæc mulier, licet verecunda & simplex, solutis crinibus & nudato pectore, vociferando clamaret, & ad regem rogãdo curreret, pro liberãdo filio suo. Amor filii & necessitas, mulierem verecundam & vix extra limitem domus suæ prius exeuntem, quasi effrontem postea redderet, & per plateas inter homines eiulantem: & de simplici efficeret sapientem. Sic bene sciret & vellet orare, qui mala & pericula & damna sua veraciter cognosceret.

Dixit ei quidam frater. Multum deberet homo dolere, quando nõ potest in oratiõe gratiam deuotionis inuenire? Respõdit sanctus AEgidi9, Consulo tibi, vt plene facias fructum tuum. Si enim haberes aliquãtulũ vini boni in vtre & fex esset sub vino, velles tu vtrem concutere, & vinum cum fece miscere? Non esset hoc faciendum.

Et si mola molendini non facit aliquãdo bonam farinam, molendinarius nõ statim confringit eam malleo, sed plane & paulatim reparat eam, & sic facit bonam farinã.

Facias tu similiter, & cogita te & nullatenus dignũ esse, cõsolationem aliquam in oratione a deo recipere. Nam si quis vixisset ab initio mundi vsq; nunc, & victurus esset

vsq;

vsq; ad finem eius, & in oratione deduxissent oculi eius omni die plenam paropsydē lachrymarum, non esset dignus tunc in fine mūdi vt deus daret ei vnicā consolationē,

Interrogauit eū aliquādo frater quidā, dicēs, Quare plures tētationes patitur homo dum orat deū, quā aliis tēporibus? Respondit sanctus Aegidius, Quādo qs habet causam contra aliquē aduersariū suum in curia principis, si homo iste vadit ad principē illum vt proponat & faciat aliquid cōtra aduersarium, aduersarius ille hoc sciens oppo nit se illi totis viribus, ne sententia detur ꝑ isto. Sic facit diabolus contra nos.

Ideoq; si steteris in colloquio cū aliis, videbis frequēter te nō sentire bella multa tentationū. Sed si ad orationē perrexeris ad recreandam animam tuam, tunc senties contra te ignita iacula inimici.

Non debes tamē propter hoc relinquere orationē, sed firmius stare, qa hæc est via ad supernā patriā. Et ille q ꝓpter hoc orationē relinquit, est sicut ille qui de prelio fugit.

Dicebat ei quidam. Multos video habere gratiā deuotionis & lachrymarum, qn̄ ad orationē vadūt, ego aūt vix possum inde aliqd sentire, Rn̄dit frater AEgidius. Labora fideliter & humiliter, quia gratiam quam

nō dat deus in vna vice, dare tibi poterit in alia vice, & q̃d nō dat tibi in vna die, vel in vna ſeptimana, vel in vno menſe, vel in vno anno, poterit tibi dare in alio die vel in alia ſeptimana vel in alio menſe, vel in alio ãno Pone laborem tuum, & deus ponet gratiã ſuam, ſicut placebit ſibi.

Faber qui fabricat cultellũ, multas dat tũſſiones ſuper ferrum ex quo facit cultellum, anteq̃ cultellus pficiatur, ſcilicet poſtremo in vna percuſſione cultellus perficitur.

Multum debet homo ſollicitus eſſe de ſalute ſua. Si enim totus mundus eſſet plenus hominibus, etiam vſq; ad nubes, ſi id poſſibile eſſet, & de his omnibus non eſſet ſaluandus niſi vnus ſolus tamẽ quilibet deberet ſequi gratiam ſuam, vt eſſet ille vnus: quia nō eſt amittere corrigiam calciamẽti, amittere ſupernam patriam. Sed væ nobis, quia eſt qui det, & non eſt qui accipiat.

Alio tẽpore quæſiuit q̃dã a fratre Aegidio Quid facis frater AEgidi? Reſpõdit. Facio malũ. Iterũ dixit ille fratri AEgidio. Quod malum facis tu, qui es frater minor? Frater Egidius dixit cuidam fratri minori aſtanti. Frater. Quis eſt paratior, vel deus dare gratiam ſuam, vel nos recipere? Reſpondit ille. Deus eſt paratior dare, quam nos recipere.

Dixit

Dixit frater AEgidi9. Et facimus nos bene? Respondit ille frater. Imo facimus male. Et conuersus frater AEgidius ad illū qui quæsierat ab eo quid faceret, ait. Ecce patet, quod dixerim tibi verum, cum dixi, me facere malum.

Item dicebat. Multa bona opera commēdantur in sacra scriptura, vt vestire nudos, pascere famelicos, & alia multa; tamen de oratione loquens de9, ait. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum.

Bona opera adornant animam, sed oratio est nimis magnum quid.

Item dicebant. Sancti religiosi sunt sicut quidam lupi, qui vix exeunt in publicum, nisi pro magna necessitate, & tūc in publico non contrahunt magnam moram.

Dicebat fratri AEgidio, frater quidā ipsi familiaris. Quare non exis aliquando ad sæculares volentes tibi loqui? Respondit frater Aegidius. Volo satisfacere proximo meo, cū bono animæ meæ. Nō credis, quod ego darē potius mille libras alicui si haberem eas, quam ego darem meipsum proximo? Respondit frater. Credo. Aegidius dixit. Et credis, quod ego darē potius quatuor milia librarum, quā ego darem me aliquando proximo? Respondit ille. Credo.

Dixit frater AEgidi9. Dñs dixit in Euangelio. Qui reliquerit patrem & matrem & fratres & sorores, propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc mũdo, Fuit aũt quidam Romanus, qui intrauit ordinẽ nostrũ, cuius facultates dicebãtur valere sexaginta milia librarum. Ergo aliquid magnum est, id quod dat deus aliquibus in hoc mundo, ex quo valet centies sexaginta milia librarum: sed nos sumus cæci & velati.

Si videremus aliquẽ hominẽ gratiosum multum & virtuosum, non possemus ferre perfectionem eius. Si quis esset vere spiritualis, vix vellet videre aliquẽ, vel audire, vel moram facere cum aliquo, nisi pro necessitate, sed semper optaret solitarius esse,

Dicebat iterum de seipso. Ego potius vellẽ esse cæcus, quã esse pulcherrim9, ditissim9 sapientissimus, & nobilissimus totius mũdi.

Dixit ei quidam. Quare tu nolles ista, potius quam esse cęcus? Respõdit. Quia timeo ne impedirent iter meum,

Beatus erit, qui nec cogitabit, nec dicet, nec faciet aliquid reprehensibile.

Interrogauit aliquando frater AEgidi9 quendam, dicens. Quid dicũt sapientes esse cõtemplationẽ? At ille dixit. Nescio. At ille vis vt dicã tibi, quod mihi videtur? Et ille

ait.

ait. volo. Dixit frater AEgidius. Gradus cōtēplationis videt̃ mihi esse ignis, vnctio, extasis, cōtemplatio, gustus, requies, & gloria.

Item si inuenies gratiā in oratione, etiam si nō inuenis ibi gratiam, ora: quia pilos caprarum accipiebat deus in oblationem.

Interdū plus diligit rex pedem minus laborantis pro eo, quam totam personam alterius multo plus laborātis pro eo, quia dominus respicit cor.

Quando dominus dedit prædicationē sancto Petro, dixit ei, quod minorē partem semper retineret sibi dicens. Et tu aliquādo conuersus, confirma fratres tuos.

CAPVT XI

De habenda spirituali cautela.

SI vis bene videre, erue oculos tuos. Si vis bñ audire, esto surdus. Si vis bene loqui, esto mutus. Si vis bene ambulare, abscinde tibi pedes tuos. Si vis bene operari, mutila tibi manus. Si vis bñ amare, habe te odio. Si vis bene viuere, mortifica te. Si vis bene lucrari, scito perdere. Si vis esse diues, esto pauper. Si vis esse in delitijs, affige te. Si vis esse securus, esto

ſemper in timore. Si vis exaltari, humiliate
Si vis honorari, deſpicite, & honora deſpiciētes te, Si vis habere bonū ſuſtinete malum. Si vis eſſe in quiete, labora. Si vis benedici, deſydera maledici.

O quā magna ſapientia eſt, ſcire hec facere: & quia hæc magna ſunt, non omnibus data ſunt.

Si mille annis vixerit homo, nec haberet extra os ſuum aliquid, ſatis haberet operis intus in corde ſuo, nec poſſet ad complementū perfectum peruenire tantum haberet operis in corde

Nullus debet velle videre aliquid, vel audire, ſiue loqui de aliqua re, niſi vſque ad vtilitatem ſuam, nec vltra procedere vllomodo.

Qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur. Sed væ nobis, quoniam illi qui habēt dona dei, non cognoſcunt & qui non habēt non quærunt,

Homo fingit deum qualem vult: ſed ſemper ipſe talis manet qualis eſt.

Caput. xij

De ſcientia vtili & inutili, & de prædicatione verbi dei.

Qui

QVi vult ſcire ſatis, inclinet caput ſuũ ſatis, et operetur ſatis, & trahat ventrem per terram, & dominus docebit eum ſatis,

Sũma ſapiẽtia eſt, bona opere facere & bene ſe cuſtodire, & iudicia dei conſyderare.

Dixit ſemel cuidam volenti ire ad ſcholas, cauſa diſcendi. Cur vis ire ad ſcholas? Summa totius ſapientię eſt, timere et amare Hæc duo ſufficiunt tibi.

Tantam ſapientiam habet homo, quãtũ boni operatur, & non plus

Non ſis nimis ſollicitus fore vtilis alijs, ſed eſto magis ſollicitus, vt ſis vtilis tibi ipſi

Volumus aliquando multa ſcire pro alijs & pauca pro nobis.

Verbum dei non eſt dicentis, nec audientis, ſed operantis illud.

Multi neſcientes natare intrauerunt in aquas, vt adiuuarent pereuntes in eis, & cum pereuntibus perierunt. Prius erat vnum malum, poſtea ſunt duo.

Si bene procuras ſalutem animæ tuæ, bene procurabis ſalutem omnium amicorum tuorum. Si bene facis factum tuum, bene facies factum omnium bene volẽtium tibi.

Prędicator verbi dei positus est a deo, vt sit cãdela, speculũ, & vexillifer populo dei.

Beatus ille, qui ita dirigit alios per viam rectã, vt ipse nõ cesset ire per eã, & sic inuitat alios ad currendum. q̃d ipse currere nõ desistat, & sic est adiutor aliis ad acquirẽdas diuitias, vt ipse ex hoc nõ fiat pauper.

Credo quod bonus prædicator magis loquitur sibi q̃ aliis.

Videtur mihi, quod q vult animas peccatorum trahere, magis debet timere ne ipse male ab eis trahatur, quam sollicitus esse vt trahat.

Cui ait quidã frater. Quomodo? At ille, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Illi qui dicunt, non apprehendunt, & illi qui audiunt non intelligunt.

Dixit ei quidam, Quid est melius prædicare, an facere? Respondit. Quis magis meretur, vadẽs ad sanctũ Iacobũ, vel ad sanctũ Iacobum, ostendens viam?

Video multa quæ nõ sunt mea, multa audio quę nõ intelligo, & multa loquor quæ nõ operor, Ergo videtur q̃d per solũ visum, loquelã & auditum nõ saluatur homo.

Caput. xiij.

De verbis bonis & malis.

Qui

QVi loquitur verba bona, est quasi os dei, & q loquitur verba mala est quasi os diaboli.

Quando serui dei congregā tur in aliquo loco ad loquendū, debent tractare de pulchritudine virtutū, vt placeant eis virtutes, qa si placerent eis virtutes, exercerentur in eis. Et si in virtutibus exercerētur semper ab eis virtutes amarentur amplius.

Quanto em̄ homo magis plenus est vitiis tāto magis ei necessariū est loqui de virtutibus.

Sicut em̄ ex frequenti colloquio prauo de vitiis, incidit quis in vitia faciliter, sic ex frequēti colloquio sancto de virtutibus faciliter inducitur & disponitur ad virtutes.

Sed quid dicemus? De bono non possumus dicere bonū, nec de malo possumus dicere malū, Quid ergo dicemus? De bono nō possumus dicere quātum bonum sit, nec de malo culpæ & pœnę quantū malū sit, cum vtrūq; incomprehensibile sit a nobis.

Ego non reputo minorem virtutem esse, scire bene tacere, quam bene loqui, Et videtur mihi, quod homo debet habere collum ad instar gruis, vt quasi per multos nodos transiret verbum anteq̄ egrederetur ex ore.

Caput. xiiij.

De virtute perſeuerantiæ.

QVid prodeſt homini orare, ieiunare eleemoſinas dare, ſeipſum affligere, ſentire quoque magna de cœlo, & non peruenire ad portum ſalutis? Ecce aliquando apparet aliqua nauis in mari, formoſa, magna & noua multo theſauro plena: tamen ſi impedimẽto aliquo occurrente ad portũ nõ peruenit, ſed miſerabiliter perit, quid profuit omnis illa bonitas & pulchritudo eius? Et iterum, quandoq; in mari eſt quædam nauis deformis, non grandis, vetuſta & deſpecta, non multo theſauro plena: & tamen multo labore fœliciter peruenit ad portũ, euadens pericula maris, & hæc ſola commendatur. Simile accidit in homibus huius mundi. Merito igitur omnibus ſemper eſt timendum.

Quãuis arbor ſit nata, nõ ſtatim eſt magna: & ſi magna, non florida: & ſi floret, non ſtatim producit fructus; & cum producit fructus, non ſtatim ſunt magni: & ſi magni non ſtatim maturi: & ſi maturi, non tamen

statim ad os hominis omnes perueniūt, sed multi decidunt & putrefiunt, & a porcis & aliįs bestiįs deuorantur. Sic est de hominib9 huius mundi.

Dixit ei quidam. Deus faciat te bñ finire Respondit. Quid prodest mihi si regnū cœlorum centum annis mendicassem, nisi bene finirem?

Duo magna bona hominis puto, deū amare, & cauere a peccatis. Qui haberet hęc duo bona, haberet omnia bona.

Caput. xv,

De vtilitate vitæ monasticæ.

Dicebat frater Aegidi9 de seipso loquēs. Mallē modicū habere de gr̃a dei in religiōe q̃ multū in sęculo; quia plura pericula, & minora adiutoria sunt in sæculo q̃ in religione. Sed peccator plus formidat bonū suū quā malū suū; quia timet pœnitentiā agere & religionē intrare, plus q̃ in peccato iacere vł in sc̃lo remanere

Quidā sęcularis petiįt cōsiliū a fratre Aegidio vtrū expediret ei religionē ĩtrare vel nō Rñdit. Si qs paupimus sciret aliquē preciosum

ſum theſaurũ abſconditũ in aliquo agro cõ muni, nunquã ab alio cõſiliũ quæreret, vtrũ ad theſaurũ ire deberet. Quãto magis ad ef fodiendũ tantũ theſaurũ, debere oẽs homi= nes cũ feſtinatione ire? Hæc vt ille audiuit, vẽditis oĩbus bonis, ſtatĩ religionẽ intrauit.

Dicebat quoq; frater AEgidi.9 Multi reli= gionẽ ingrediũtur, ſed quæ religioni conue niũt nõ operãtur Et ſunt huiuſmodi ſicut a= gricola, qui ſi arma Rolãdi indueret, etiã cũ eis pugnare neſciret.

Non eñ oẽs homines in equo Beiardo ſci rent equitare, nec inſidentes ei, ſibi ſcirent ca uere a caſu.

Nõ reputo magnũ, terrã alicuius regis in trare, nec reputo magnũ, dona a rege accipe re, ſed reputo magnum, ſcire ſicut decet in terra regis conuerſari,

Curia magni regis eſt, religio: quã non re= puto magnũ intrare, & aliqua dona dei in ea accipere, ſed ſcire ſicut decet in ea viuere.

Potius aũt vellẽ in ſęculari ſtatu exiſtere, & deuote ac ſollicite ad religionis ingreſ= ſum aſpirare, quam in religione exiſtere & peccare.

Glorioſa mater dei virgo, nata fuit de pec catorib9 & peccatricibus: tamẽ eſt illud q̃d eſt, & non fuit de aliqua religione.

Debet

Debet religiosus credere, se nō bene scire, nec viuere posse, nisi in religione.

Videtur mihi, quod religio fratrū minorū vere fuit missa a deo in hūc mundum, ad magnam vtilitatē hominū: sed væ nobis nisi simus tales quales debemus.

Religio fratrū minorū videt mihi paupertima & ditissima totius mundi.

Hoc videtur mihi graue religiosorum vitium, quia nimis alte volūt ambulare: quia quāto gradus altior, tanto lapsus grauior.

Et dixit sctūs Frācisсus quod peccatū sacerdotū est maius, quā peccatū totius mūdi Quātum est ergo fratrū minorū & etiā sacerdotum existentium.

Credo peccatū minorū maius peccato omniū sacerdotū aliorū toti9 mūdi, qa gradus altior est quē Deus seruauit, & illū suis discipulis seruādū tradidit. Et quia omnia sciuit, p̄senria, præterita, & futura, & omnia fecit, credendū est veraciter, quod altiorem perfectiorē, & meliorē omniū statuū elegit.

Ille est diues, qui imitatur diuitem. Ille est sapiens, qui imitatur sapientem. Ille est bonus qui imitatur bonum. Ille est pulcher qui imitatur pulchum. Ille əst nobilis qui imitatur nobilem videlicet dominum Iesum Christum.

Caput.xvi.

De virtute obedientiæ & quibusdam alijs generalibus.

QVanto magis restrictus est religiosus sub iugo obedientiæ, tanto maiorē reddit fructum. Et quanto magis religiosus est subiectus & obediens prælato suo propter honorem dei, tanto magis est pauper spiritui & mundus a peccato, pre cæteris hominibus huius mundi.

Religiosus bene obediens, similis est militi bene armato, sedenti super bonum equū qui transit securus inter hostes & nemo eū offendere potest.

Religiosus autem obediens cum murmure, similis est militi insidenti equo malo, qui transiens inter hostes cadit, & ab inimicis quandoq; capitur, vulneratur, incarceratur vinculatur & quandoq; occiditur.

Religiosus qui in propria voluntate vult viuere, ad infernum vult ire.

Quam diu bos caput tenet sub iugo, implet horrea frumento: bos autem non tenēs caput sub iugo, sed vagando discurrēs in cā po, magnus dominus sibi videtur esse, sed per eum horrea non implentur.

Magni

Magni & sapiētes ponūt caput humiliter sub iugo obedientiæ, & stulti caput de sub iugo extrahunt,& obedire nolunt.

Mater quoq; quandoq; nutrit filium & exaltat qui postquā magnus factus est, matri propter suam superbiam nō obedit,sed eam deridet & spernit.

Maius reputo, obedire prælato homini propter amorem dei,quā ipsi creatori per se metipsum aliquid imperanti.

Videtur mihi,quod si aliquis esset in tanta gratia,quod cū angelis loqueretur & vocaretur ab homine cui promisit obedientiā deberet collocutionē angelorum dimittere, & homini cui propter deum promisit obedientiam obedire.

Qui vero ponit caput sub iugo obedientiæ,& postea extrahit caput de sub iugo obedientiæ, vt viam sequatur perfectionis, hoc est signum latentis superbię magnæ.

Bona consuetudo, est via ad omne bonū, & mala consuetudo est via ad omne malū.

Si quis vixisset ab initio mundi vsq; mō. & semper passus fuisset malū in vita, & mō iret ad om̄e bonū,qd noceret ei omne malū q̊d passus est? Et si qs habuisset bonū ab initio seculi vsq; mō & nunc iret ad om̄e malū quid prodesset ei omne bonū quod habuit

Dixit

Dixit ei quidam secularis, Vellem in hoc mundo diu viuere, & in omnibus abundare. Respōdit, Si viueres mille annis, & esses dominus totius mūdi, quod prēmiū acciperes a carne tua cui seruiuisti? Sed in modico tēpore, qui bene egerit & bene se custodierit, accipiet prēmium inenarrabile.

Bona societas est homini sicut tyriaca, & mala societas sicut venenum.

Arbores quę stant iuxta viā, interdū feriuntur ferro a transeuntibus, & fructū non sinunt maturari. Sic nocet stare in publico.

Dixit quidā fratri Aegidio. Quid possem facere, vt sentiren aliquā suauitatē a Deo? Respondit. Inspirauit tibi deus vnq̄ bonam voluntatē? Qui ait. Multoties. Dixit ei plu ries frater Aegidius, in hæc verba vociferās alta voce. Quare nō custodiuisti, quare non custodiuisti illam bonā voluntatem, & duxisset te ad maius bonum?

Alius dixit, Quid faciam, quia sum aridus & indeuotus? Respondit ironice loquens, Noli orare deū, ne offeras munus ad altare

Quando dissipat impetus aquæ inundantis alueū, & canalē aquę molendini, molendinarius studet paulatim reparare quę dissipata sunt. Et similiter quando molæ molendini non faciunt bonam farinā, non frāgit

eas

eas statim cũ malleo magno, sed paulatim & plane reparat eas, martello paruo tundẽdo, donec reparentur.

Religiosi vocati sunt a Deo, maxime ad vacandum orationi, humilitati, & supernæ charitati. Sed væ illis qui perdiderunt desyderium boni sui, & volunt ire nimis alte.

Lamentabatur quãdoq; frater AEgidi9 de cuiusdã ciuitatis debellatione, grauiter dolens, tam de crudelitate debellantium q̃ de periculo debellatorum. Et postquam dixit quod his esset multũ condolendum, adiecit in hęc verba. Voluit tamen deus, quod homines illius ciuitatis peniterent, & humiliarent, quia sępe vicinos suos quibus erant potentiores, satis immaniter tractauerunt.

Tunc dixit ei quidam religiosus. Si Deus hoc voluit, sicut tu dicis, non debemus eis compati, sed potius de illorũ pœna gaudere, quia omnis homo debet conformare voluntatem suam voluntati diuinæ.

Respondit, ponamus, quod Rex aliquis posuerit edictum, quod si aliquis commiserit tale facinus, decapitetur vel suspendatur & dato quod filius regis illius in crimen huiusmodi lapsus, de mandato regis trahatur ad mortem prędictam, credis tu, quod regi placeret quod homines exultarent & dice-

rent. Gaudeamus, quia dominus rex ducit filium suum ad mortem? Non placeret regi tale gaudium, sed displiceret. Sic est, ait, in isto negocio.

Alia vice dixit ei quidam. Si quis laudat me de bono etiam quod non habeo, inde glorior vane in corde meo. Respõdit. Si qs esset pauperrimus, totus plagatus & pallidus, vilissimis & sordidis vestimentis indutus, & omnino discalciatus, & homines venirent ad eum dicentes. Salue domine quia mirabiliter es diues, decorus & pulcher, & valde speciosa vestiměta & calciamenta habes. Nonne stultus esset, si talis laus ei placeret, & se talē arbitraretur esse qualem illi dicerent, cum sciret certissime rem illam omnino se aliter habere?

Caput. xvij.

De varijs ordinibus religiosorum.

DE oĩbus religionib9 & religiosis, quidā placent deo, & quidam displicent.

Eorum autem qui placent sunt duo ordines: vnus nominatur ordo amantium, alter placentium. In ordine autem amantium & omnes

aman

amantes sunt, serui magni dei, qui se taliter diligunt in desyderio placendi Deo, & dili gunt se inuicem in desyderio placendi adin uicem, propter Deum.

Isti amātes quatuor habent oculos, vnus oculus semper respicit quid magis placeat voluntati & beneplacito domini dei. Alius semper respicit proximum, ad dandū ei sem per pacem & bonum exemplum. Aliorum duorum vnus respicit ante, alius retro. Ille qui est ante, respicit quid sibi euenire debeat de omni opere quod facit. Qui est retro, spe culatur si opus quod facit placet domino deo Et sic oculus qui est ante, respicit retro: & qui est retro, respicit ante. Et isti duo oculi sunt iudices operum.

Alius ordo dicitur placentiū. Et placētes dicuntur omnes illi, qui se custodiunt, ne di cant vel faciant aliquam tribulationem al teri: & si alij eis faciant tribulationes, ipsi fi unt serui eorum qui eos affligunt, de plena & bona voluntate cordis, & vadunt videli cet ad iustitiā, & non transeunt terminos iu stitiae, vt rationem faciant alicui. Isti duo or dines sunt in beneplacito domini Dei.

Illi autem religiosi qui sunt in discordijs & contentionibus, propter res terrenas, & non propter bonū animę, sed propter securi

tatem se reputant bonos, omnes sunt in displicētia domini dei: sed possunt de displicētia redire ad placentiam, per pœnitentiam, & confessionem & cautelam.
Sed caueant, quia tam diu possunt in malo perseuerare, quod eis ostium misericordiæ clauderet, & proijcerētur extra saluationem
Et prȩlati, magistri diuinitatis, prȩdicatores & sacerdotes, a deo sunt ordinati hac ratione, vt sciāt animas trahere ad saluationē & vt hoc feruentius desyderent & appetant quā vinū vel aquā bibere, cū fortissime sitiunt, & vt patiantur pœnam pro animabus.
Tales prædicti magistri, prædicatores, & sacerdotes, oēs sunt in beneplacito dñi Dei.
Omnes aūt prædicti magistri prædicatores & sacerdotes, qui magis sitiunt laudari & honorari, quā sitiunt animas trahere ad saluationem, omnes fiant in displicētia Dei sed de displicentia dei possunt redire ad placitum dei, si confiteantur, & amodo se custodiant. Sed tantum possunt in hoc morari, quod clauderetur eis ostium misericordiæ, & proijcerentur extra saluationem.
Omnes gētes facit nasci dñs de⁹, propter suum honorem, & propter hanc rationem, vt debeant eū omnes diligere super omnia & proximum propter Deum sicut seipsos.
In tan-

Intantum vna gens diligit aliam, in quãtum se amant & hortantur ad saluationem.

Omnis gens quæ non amat & timet Deũ est in peccato mortali, & est data in manus odij, & proiecta extra saluationem.

Omnis gens quæ grãdescit in sua reputatione, & reputat se altam & bonam, de hoc quod Dei est, nec recognoscit a Deo esse q̃d habet, ipse eã velit nolit paruificabit & humiliabit.

Omnis gens quę non vult portare pœnitentiam & pœnam pro peccatis, data est in manus pœnę & proiecta est extra saluationem in damnationem.

Omnis gens quę non timet & pauet Deũ dabitur in manu magni pauoris, & proijcietur extra saluationem in damnationem.

Gentes quæ magis amant res terrenas q̃ dominum qui fecit eas, punientur in tribulationibus & flagellis.

Gentes quæ non diligunt bonum suũ, id est, salutem animę suæ, habebunt malum suum id est, damnationem animæ suæ.

Oĩs gens quæ rationẽ dñi sui nec vult audire nec obseruare, ordinata est ad pœnam.

Omnis gens quæ deridet verbum dei, ordinata est ad pœnam iræ.

Sicut sol quando oritur, stellę amittũt lu-

menſuū reſpectu ſolis,ſic luna & ſol perdūt lumē ſuū reſpectu vnius animę glorificatæ.

Vnum ſignū eſt quod homo ſit in gratia Dei,ſi in nullo exaltetur,ſed ſemꝑ humilieť.

Excuſo aūt me coram deo & vobis,quod nō ſum ego qui dico prędicta:quia per me ſuſpēderer in furcis,& proijcerer in damnationem,extra ſaluationem.

Caput.xviij.

De octo lapidibus precioſis.

OCto ſunt lapides precioſi quos dedit dn̄s ſanctis heremitis, beato Franciſco, beato Dn̄ico ſanctis quoq; monachis & omnibus ſanctis ſuis.

Primꝰ eſt,dolere de peccatis,& ea pure cōfiteri, & pœnitentiā ꝓ eis portare,& cauere de futuris,& eſſe obediētē

Secūdus eſt,quia ipſi ſancti eradicati erāt ab oī ſpe mundi & hoīm,ita qđ corda eorū nullā radicē tēporalitatis nec carnalitatis inueniētia,vbi ſe tenerēt, ad ſolū Deum qui corda fecerat neceſſaria reuertebantur.

Tertius eſt,quod omne bonum quod habebāt recognoſcebant a domino Deo eſſe, & omne malum a peccatis ſuis.

Quartus, quod quicunq; malum eis dicebat vel faciebat, erant eis seruiētes de plena & bona voluntate cordis.

Quintus, qđ amabant reprehensiones & nō honores, & diligebāt vnitatē in omni gēte pœnitentię, & erant misericordes & pij.

Sextus, quod reputabāt se omnibus alijs viliores, & omnes alios meliores se.

Septimus, quod ipsi seruiebant & non expectabant seruiri: & quicūq; eos reputabāt viles, ipsi cum eis se viles reputabant.

Octauꝰ, quod omnia beneficia recognoscebat esse a deo, & ea sibi reddebant, dicentes domine, quid sumus? quia si abstuleris a nobis bona tua quę fecisti nobis, erimus peiores oibus qui sunt in prouincijs. Quia qui sibi bona quę dei sunt appropriat, Deus eū expropriat: & qui nihil sibi appropriat: sed totum Deo attribuit, huic Deus bona sua quæ ipse facit appropriat.

Finiunt aurea verba sancti patris AEgidij.

Deo semper & vbiq; gloria.